

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Lvdovici Venegas ... Mariale beatissimae virginis variis  
conceptibvs moralibvs illvstratvm**

**Venegas, Luis**

**Fribvrgi Brisgoiae, 1624**

[Anfang]

[urn:nbn:de:bsz:31-160454](#)



## Sermo tertius.

PRO SALVATATIONE  
Angelica.



Elebrat hodiè nostra  
mater Ecclesia visitati-  
onem Beatiss. virginis,  
longè sanè diuerlam ab  
ea quæ à virginib. huius téporis fieri  
consuevit; istæ enim non ex charita-  
te aut animi gratitudine, sed potius  
ex vanitate, ad vestitus superbiæ,  
fucatam pulchritudinem, ac capil-  
lotum ementitos colores ostenden-  
dum, sunt. In hac igitur Beatissimæ  
virginis honestissima visitatione  
quatuor persona introducuntur, qui-  
bus in toto vniuerso nullæ excellen-  
tiores, aut maioris authoritatis invé-  
tæ fuerunt. Duæ priores sanctissima  
Maria & Elisabeth extitère, inter  
quas hodierna visitatio facta fuit;  
Maria absque vlla sae virginitatis ia-  
ctura Dei etiā præstantissima mater  
extitit, ex quo infinita dignitatem &  
excellentiam sibi comparauit. Elisa-  
beth verò sterilis & iam senio confe-  
cta Baptistam cōcipiens, præstantio-  
rem nostri sœculi hominem in lu-  
cem edidit. Aliæ duæ personæ in-

fantes fuerunt, ita tamen rari & pro-  
digiosi, vt vhus illorum nunquam  
infantiles mores induerit; quia ab  
instanti sae conceptionis plenum ac  
perfectum vsum rationis tenuit; a-  
lii tamen per sextantum menses se  
vt infantem gessit. In hac visitati-  
one noua ac inaudita geruntur, isti  
enim infantes adhuc intra matris v-  
terum conclusi, sibi inuicem per si-  
gna loquuntur, & puer Iesu sae in-  
finitæ potentiae indicia manifestè o-  
stendit, cùm alium puerum & iustū,  
& prophetam reddat. Præterea rem  
nostro sœculo rarissimam in hac Sa-  
lutatione inueniemus: Duæ enim il-  
lustrissime ac nobilissimæ matronæ  
mutuis officiis se ipias inuitant, ac  
in vrbaniitate excedere conantur,  
quod nostris temporibus, quibus su-  
perbia in tantum excrevit, inauditi-  
um est. Tandem omnibus prædi-  
ctis mysteriis Zacharias obmutescit,  
forsitan vt insinuaretur tanta esse  
hodiernæ salutationis mysteria, vt  
linguæ humanæ proclamati non pol-  
sint, cœlestem ergo linguæ hoc bre-  
vi temporis spatio postulemus. Di-  
cnetes, Aue Maria.

*Exurgens Maria abyit  
in montana cum festina-  
tione Luc. 1.*

*Xcellentiæ & laudes, quæ de ali-  
quo proferri ac prædicari solent,  
suum*